

suum iubetur operire qui male agendo loquendi perdidit²⁰ libertatem. Immundus, inquit, erit et separatus, sedebit foris, extra castra erit conversatio eius. Clarum est quod omnis immundus abiciatur a conventu bonorum et segregetur a ceteris castrisque sanctorum et ideo dicit quia extra castra erit conversatio eius.

M fol. 43v zu S. 9, 9 nach *appellandus: Idem²¹ quoque mixtim tam de falsis magistris quam de falsis discipulis in Commentario super Ezechielem sic locutus est: Unusquisque pro moribus suis sortitur vocabulum. Scribis et phariseis dicitur: generatio viperarum; et de Herode qui versipellis erat: ite et dicite vulpi huic; et pseudopropheta in hoc eodem propheta vulpibus comparantur et nunc corde indomabili scorpiones esse dicuntur. Unde et in evangelio legimus: Omnes qui ante me venerunt, fures fuerunt et latrones et non audierunt eos oves. Et quomodo oves perditae domus Israel audierunt eos? Ex quo ostenditur eos qui audierunt fures et latrones ovium vocabulum perdidisse et alia assumpsisse nomina, ut non quasi oves perierint sed quasi vipere vulpes et scorpiones.*

M fol. 45r zu S. 11, 16 nach *facierem: Item Ieronimus²² in Commentario epistole Pauli ad Corinthios in confusionem eorum, qui suis impudiciis de veteri testamento consuunt folia ficus, talem controversiam ponit: Obicere, inquit, amatores luxurie solent: Ut quid ergo prima Dei benedictio crescere et multiplicare concessit? Ut terra scilicet repleretur. Qua iam impleta debemus ab incontinentia temperare. Sed potuit, inquiunt, omnes de terra formare, si semper illi usus coniugii non fuerat placiturus. Sed non queritur, quid potuit, sed quid fecit, cui omnia possible sunt. Ipsam denique Evam noluit de terra facere sed de costa. Si autem putas nobis antiqua tempora in omnibus convenire, imitare Adam, qui²³ ut ita dixerim filiam suam accepit uxorem, Cain similiter, si non pudet, et ceteros qui proprias in matrimonium accipere sorores. Quod fieri non debet, omnia deum secundum prescientiam suis temporibus ordinasse credamus, ut qui tunc terram implere voluit, modo plus diligit castitatem, cui et grande premium repromittit. Illud etiam dicendum est, quod nec secundum vetus testamentum quosdam uxorem habere videamus, quia ibi uxores liberorum causa habere permissum est, non propter nimiam libidinem exercendam. Idem contra eosdem in epistola ad Ageruchiam de monogamia ...*

Daß diese vier Passagen in W fehlen, kann nicht auf ein simples Versehen des Abschreibers zurückgeführt werden, genauso wenig ist aber an eine vorsätzli-

20) *perdidit] perdit* M.

21) Hieronymus, *Commentarii in Hiezechielem prophetam* c. I, 2, 6 b, hg. von François GLORIE (CC 75, 1964) S. 28 f.

22) Ps.-Hieronymus, *Commentarius in primam epistolam ad Corinthios* c. 7 (MIGNE PL 30 Sp. 734 C - 735 A) bzw. richtiger Pelagius, *Expositio in I ad Corinthios* c. VII, 3, hg. von Alexander SOUTER (*Texts and Studies. Contributions to Biblical and Patristic Literature* 9/2, 1926) S. 159 f.

23) *qui ut ita dixerim] ut ita dixerim* qui M.